pluerib ac processibus iurib quibuscunque super eisdem bonis inquouis
Judicio et officio obtentis et obtinendis emundare et eliberare Ita vt ex
eisque bonis omnibus summa praefata et censu oneratis praedicta Religiosa
Peterzanka ac totus Conuentus Monasterii praedicti moderni et pro tem.
pore existentes pacifice et integre quolibet anno pro ratis temporum dua
bus suprascriptis Censum praefatum percipere queat. Idque sub simili et spe
ciali vadio mille florenorum pecuniae polonicae in casu non completionis praemis
sorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte per eundem regentem
Generosum Andream Petka et ipsius posteros ac bonorum praefatorum eum.
Generosum Andream Petka et ipsius posteros ac bonorum praefatorum dum.
taxatque pecuniarie haeredes et possessores eisdem Religiosae ac Deodicatae
Virgini Evae Annae totique Conuentui Monasterii ipsius moderno et pro
tempore existenti ad soluendum succumbendo. Nihilominus idem regens Generosus An
dreas Petka Reverendo Fratri Marciano Wiestorzinski vicario in Spiri
tualibus Conuentus eiusdem Monialium aut cuilibet ex Fratribus Ordinis Prae
dicatorum Conuentus Premisliensis dat et concedit plenariam facultatem omni
modamque potestatem inscriptionem praesentem ex his actis castrensibus autenticae de
promptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et
transportandi quae transportatae tanti valebit ac si per ipsummet regentem
transportaretur. Pro quibus quidem vadiis praefatis aut uno quoque eorum
successiue et speciali vadio taliter ad soluendum ex quacunque se causa succu
bitis ac si aliqua puncti ex praemissis non completa complendum nihilominus
praemissis citatis existens memoratus regens Generosus Andreas Petka aut
eius successores ac bonis eius summarique pecuniarie haeredes et possessores
citati existens Ad instantiam praedictae Religiosae ac Deodicatae Virginis
Evae Annae filiae suae ac totius Conuentus Monasterii praedicti moderni et
pro tempore existentis Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense exhunc
recessum suprascriptum quoad reuidentium spectat mediante semper in primo citationis
Termino tanquam peremptorio stare iuri parere mulctae pro vadiisque seu
vadiis praefatis ac se ipsa puncti pro qua citabitur tam in toto quam in parte
totiens quotiens opus fuerit satisfacere ac omne iudicatum pati debebit
ac tenebitur seque ac suos successores bonorumque praefatorum ac summarum

pecuniar

pecuniarie haeredes et possessores pro tempore existentes ad eadem omnia obligat
eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque
terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minoreue nuntiorum suc
cessione legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum ad
Euictionem vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
ad quietationem vltra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis
dilationem sibi non recipiendo nullasque mouendo appellationes ac casum praeiudicans
facies ac praemissa omnia poenis simplicibus vel tricatis quaestionibus su
spensionibus fatalibus iuribus praescriptione Terrestri bello conuentione et aliis
omnibus iuribus remediis et defensis non subterfugiendo hac sua praesenti in
scriptione ad praemissa omnia mediante.

ACTUM IN CASTRO PRAEMISLIENSI FERIA QUINTA IN VIGILIA FESTI OMNIUM SANCTORUM ANNO DOMINI MILLESIMO SEXCENTESIMO TRIGESIMO. 31/X 1630

Kazanowski Inscriptionem Approbat

Extractum Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Pre
misliensibus Generosus Stanislaus Kazanowski Krosnensis ?? Capitaneus Ge
nerosi Sigismundi Kazanowski Kokonkauiensis ?? Capitanei filius sanus
mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibus
uis propriis et Competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi
quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis grati omnibus
totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publice ac perexpres
sum recognouit. Quia ipse inscriptioni et obligationi de actis in Curia Regali Radomi
ensi Feria Sexta post festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli Anno Domi
ni Millesimo sexcentesimo vigesimo sexto per Generosum Adamum Kazanowski
Aulicum Serenissimi Vladislai Poloniae et Sueciae Principis fratrem suum ger
manum Illustri et Magnifico olim Christophoro Duci a Zbaraz Stabuli Regni
Supremo Praefecto Kremenecensi Solecensi Vislicensique ?? Capitaneo et eius successoribus
legitimis facta qua recensit Illustri et Magnifico olim Duci a Zbaraz et eius

successoribus legitimis se recognoscere ad Acta quaecunque authentica Regni intra
decursum duodecem septimanarum adapp[ortare] hancque per se ... pro interesse
suo Inscriptionem obligationem per Generosum Sigismundum Kazanowski Capi-
taneum Kokonhaviensem parentem suum inter super bonis suis haereditariis
videlicet oppido Czepielow seu Grzymalow cum villis Czepielow cum praedio
et Suma Pozyn Gardzienice cum praedio Kalkow cum praedio et Rakowa
Wola in Terra Sandomiriensi et Districtu Radomiensi sitis et iacentibus
modo reemptionis alias na wyderkaff pro summa quadraginta octo millium
florenorum polonicorum eidem Illustri et Magnifico olim Duci a Zbaraz successoribus
eius legitimis venditis eadem inscriptione de actis ut supra in Curia
Regali Radomiensi feria 6ta post Festum Conversionis Sancti Pauli
Apostoli proxima Anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo sexto extractis
latius praemissa omnia enarrante factae reemptionis iuribus suis mater-
nis renunciandum et consensum per praefatum Generosum Adamum Kazanowski
fratrem suum iuniorem factum confirmandum adducere et per [illegible] ...
praemissa exequatur efficere Idque sub vadio quindecem millium florenorum polonicorum
supranominatus Generosus Adamus Kazanowski frater suus germanus
sese inscripserat et obligaverat inhaerendo eundemque ab onere praefati vadii
ratione stipulationis sui interpositi eliberando superque inscriptione per se
centium parentem suum modo reemptionis super bonis superius expressis facta
Illustrique et Magnifico olim Christophero Duci a Zbaraz et post decessum eius Illu-
stri et Magnifico Georgio Duci a Zbaraz Castellano Cracoviensi Sokaliensi
Pinsnensi Capitaneo et successoribus eius iure devolutionis serviendum Deum
ni iure suo materno et alio quovis a quopiam sibi ad ipsa bona quovis
modo serviendum consensit ac praesentibus consentit eaque in toto et per omnia
habere vult omnique contentioni iuris sui materni quoad ipsa bona renun-
ciat resignat et abrenunciat praesentibus

Pagowski Zakrzewskiemu Donat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis
Generosus Nicolaus Pągowski de Rozyce sanus mente et corpore existens

a Terris

a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus rece-
dendo huicque iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet
secum successoribusque bonisque suis quantum omnibus totaliter et plenarie incorporando atque
subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona
sua haereditaria seu sibi alio quovis iuris titulo et modo spectantia esse
concernentia totam videlicet et integram sortem seu sortes in villa Paczlaw inter-
ra et districtu praesenti Premisliensi consistentes sitas ad praesens in obligatione
Generosorum Sebastiani Zakrzewski et Zophiae de Pachowice Coniugum seu
alio quovis iuris titulo existentes cum omni eorumque bonorum iure dominio et pro-
prietate tituloque haereditario cumque omnibus et singulis ipsorum utilitatibus
fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis
quantumvis universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus
aut aliquempiam reservatis sed omnibus in genere ac singulis in specie
comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando Eorum ita-
lute longe circumferentiaque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis
et limitibus ab antiquo extendit et protendit ac prout eadem ipsemet regens tenu-
it habuit et possidebat ipsumque concernebat ac eidem serviebat. Tamen nunc
et de facto eidem Generoso Sebastiano Zakrzewski eiusque posteris dedit do-
navit ac titulo puro mero perpetuo ac irrevocabilis donationis inscripsit
et resignavit prout praesentibus dat donat ac titulo puro mero perpetuo et irre-
vocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum. Etiam ex
nunc idem regens Generosus Nicolaus Pągowski eidem Donatario suo eiusque
posteris coram officio praesenti in bona praefata modo praemisso donata dat
et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem
quemcunque et Nobiles duos ipsi nunc ab officio praesenti additos die quacunque volu-
erit officiose accipiendam. Per ipsum Donatarium suum eiusque posteros bona
praedicta omnia donata iure haereditario tenenda habenda possidenda illisque pacifice
et quiete utifruenda ac ad usus suos suorumque successorum beneplacitos quosvis
libere et effectualiter convertenda perpetuis temporibus. Debetque et tenebitur